





1708.

D. O. M. A.

30 48.

Dn JEREMIAE REUSNERI Jcti.

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Le-

gitimæ,

DISPUTATIO DE QUARTA,
DE

1654 3

SUCCESSIONE CONJUGUM

Quam

*Consentiente Magnificæ & Nobilissimæ Facultate Juridicâ in illustrâ
Academiâ Witteberge*

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO,

LUSATO J. V. D.

Publicæ placidæq. eruditorum ventilationi subjicte

PAULUS BECKER

Freistadiâ Silesius

In Auditorio Jureconsultorum

ad d. Julii hor. matut.



WITTEBERGÆ

Typis Viduæ Johannæ Haken



D. O. M. A.
Du JEREMIE RESSNER 161
Ventilationis Succellonis l.e.

SUCCESSIONE
CONJUGII

DAVIDE SIGONIO

PAULUS SEVERI

DE REBUS



DN. JEREMIE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Legitimæ

DISPUTATIONEM QUARTAM,

DE

SUCCESSIONE

CONJUGUM

sub Præsidio

DAVIDIS CICHORII LUSAT.

J. V. D.

Publicè propugnabit

PAVLVS BEECKE

Freistadia Silesius.

CONTINUATIO.



*Attenuis de illo successione genere, quod
ex ratione Naturali, sanguinis nimirum
& proximitatis jure nobis deseritur: jam
alterum, quo Civili jure & Legibus aliquo
inducto titulo successio nobis competit,
quod vel CONJUGUM est, vel Fisci.*

*De illo in presenti Disputatione, de hoc ve-
ro subsequenti.*

THESIS I.

Conjuges autem eos hic accipimus, qui legitimo matri-
monio sunt conjuncti, ductâ Etymologiâ à Jugo, quod
nimirum pari eos jugo victos esse oporteat tam in secu-
dis, quàm in rebus adversis. Beusti in *cr. de matr. c. 1* Unde.
& matrimonij jugum nuptiale l. hac conditio. 10. in *f. pr. ff. de cond.*
& demonst. Vide Horat. *Lib. 2 Od. 5.* Et Plaut in *Curcul. Act. 1. Scena*
1. & Uxor Jugalis dicitur in I. jubemus. 3. §. ad hac. 1. & l. petitiones. 5. §.

M

i. C. de

1. C. de advoc. divers. iudicium l. consensu. 8. S. vir quoq. 3. C. de repud.
& Coniuges Iugales c. 1. S. iugales. 2. tit. casus quibus familia in
feud. succed. 2. Feud. 104.

II.

Alias verò non infrequens est, ut Coniuges etiam illi dica-
tur, qui mutuâ fide invicem conjuncti sunt. Sic enim Vassallus
Coniux domini appellatur. c. 1. inf. pr. de not. feud. 2. F. 58. pro-
pter reciprocam vitam inter dominum & Vassallum fidelitatem c.
1. v. Dominus quoq. de forma fidel. 2. Feud. 6. cap. 1. §. 6. v. Dominus.
tit. si de feud. defunct. contenz. 2. Feud. 26. c. 1. qualiter dominus
proprius feud. priv. 2. feud. 47.

III.

Unde colligere est facile quid sentiendum de istâ questione,
An Sponsus & Sponsa de presenti in hoc tractatu conjugum ap-
pellatione veniant? Nam si de Jure Civili quaeramus, dum con-
stat hoc modo Desponsatos, etsi pompa nuptialis, & carnalis co-
pula nondum sit subsecuta, verò matrimonium cõtraxisse. l. nu-
ptias. 20. ff. de R. J. l. cum hic status 32. §. si mulier. 13. ff. de donat. int.
vir. & ux. l. si donationum. 22. C. de nupt. quâ ratione & commode
matrimonij consequuntur. l. ideor. 37. ff. de rit. nupt. l. cum fuerit.
15. ff. de cond. & demonst. l. deniq. 6. §. l. seq. Dicitur nupt. iur. l. sol. 10.
§. 1. ff. de his. qui not. in fam. d. l. si donationum 22. Etiam Jure Ca-
non c. sicut ex literis. 22. c. si inter virum 21. §. c. ult. extra de spon-
sal. quod textus ad literam confirmat. in v. cum initiatur. 5. cum
seq. c. conjux. 9. c. cum initiatur. 35. §. passi. caus. 27. q. 2. satis utiqz
apparet successionem ipsis etiam competere, quod & praxis ita
observat. Gail. 2. obs. 80. Alb. Gentil. Lib. 2. de nupt. c. 23. We-
senb. in parat. ff. de sponsal. n. 7. Val. Föster. Lib. 9. de success. c. 3.
n. 10. §. seqq. Ambr. Schurer. de heredit. qua ab intest. tit. de mutuo
marit. & uxor. success. 14. ampl. 1.

IV.

Sanè Jus Saxonicum præter talem desponsationem thalami
etiam consensionem requirit, Das das Brautbette beschritt u
sey/ nec sufficit copula sacerdotalis & celebratio festivitatis
nuptialis, Landtr. Lib. 1. art. 45. in pr. & Lib. 3. art. 45. v. Das
M. 16

Ubi *ist auch ubi Gl. lit. E.* quod confirmavit Elector Augustus
Nov. const. 19. part. 3. ubi Dan. Moller. n. 6. & Coler. *dicif. 58. &*
dicif. 206. n. 23. ubi laè & eleganter Frid. Pensold. *in addit. n. 229.*
& multis *seqq.* Matth. Berlich *part. 3. concl. practica. 25. n. 27. &*
seqq. quæ constitutio, de thalami tantum consensione, non ve-
rò de consuetudine conjugali (quæ fortassè mutuo consensu o-
missa, vel casu quopiam inopinato, morbo, aut magicis artibus
intervenientibus impedita est) loquitur; proinde nec nostrum
erit ulterius eandem extendere. Vid. Dan. Moller. *ad d. const. n.*
2. & Lib. 3. semestr. cap. 23. Andr. Rauchbar. *Lib. 2. quæst. 31. n. 11.*
& *seqq.* Frid. Pensold. *d. loco, n. 235.*

Utr autem conjuges successione invicem capaces sint; quatu-
or potissimum requirunt Dd. 1. Justas nuptias *l. 1. pr. ff. unde*
vir & ux. alias fiscus tanquam indignis aufert hereditatem. *l.*
Claudius 13. ff. de his qua ut indign. Ambr. Schurer. *d. e. 14. limit.*
5. 2. Ut matrimonium constiterit mortis tempore, nec divor-
tium; licet haud validum, securum sit: *d. l. 1. §. 1. Forst. Lib. 9. de*
success. c. 3. n. 3. Schneidevv. *ad tir. de heredit. que ab intest. Rubr.*
de success. int. vir. & uxor. n. 23. 3. Ut uxor maritum eluxerit, &
intra annum non nupserit. *l. 1. & 2. C. de secund. nupt.* quod ho-
diè *post. c. fin. exir. de secund. nupt.* ferè in usu esse desijt. Ambr.
Schurer. *d. loco. limit. 9.* Forst. *d. Lib. 9. c. 3.* 4. Ut conjux conju-
gem malitiosè non desererit, nec mortem eidera acceleraverit,
sive culpa sive dolo. *l. si ab hostibus 10. §. 1. ff. sol. matrim. arg. l. 3. ff.*
de his qua ut indign. l. Lucius Titius. 8. ff. de iure fisci. Idque in
his terris aperta constitutione sancitum. Nov. Elect. Augusti
par. 3. const. 26. quam explicat Dan. Moller. *in comment. ad ean-*
dem & Matth. Berlich. *part. 3. concl. practica. 36.* ubi ultimum
hoc requisitum multis ampliationibus & limitationibus decla-
rant.

VI.

Neq; sine ratione mutua hæc conjugum successio introducta.
Nam & archiflinium illud vinculum, quo conjuges una in carne
esse dicuntur, Genes. 2. *ver. 25.* Matth. 19. *ver. 6.* Marc. 10. *v. 8.*
Ephes. 5. *v. 31.* illud omnis vitæ consortium, illa divini & hu-

mani iuris communicatio. l. 1 ff. de rit. nupt. l. adversus. 4. G. de
 erim. expil. hered. l. 1. ff. de act. rer. amot. ille mutuus conjugum
 affectus d. l. si quis alumnam. 26. C. de nupt. Mozz. in tr. de matri-
 mon. Rubr. de natur. matrim. n. 40. in med. illa denique matrimo-
 ni onera l. si cum dotem. 22. §. si. maritus. 7. ff. solut. matrim. om-
 nibus ferè gentibus hoc succedendi jus dixerunt, quod ex Legi-
 bus Francorum Lib. 4. tit. de uxoribus defunct. §. c. Leg. 9. Saxo-
 num §. 1. tit. 8. de acquisitis. Bojariorum cap. 19. tit. 11. §. 4. Wi-
 sigothorum tit. 2. in C. II. Wisigoth leg. 14. §. 15. Longobardorum
 Lib. 2. LL. Longobard. tit. de succession. §. fin. aliarumque gentium
 statutis & consuetudinibus plus satis apparet: quibus tamen om-
 nibus sepositis tantum Juris Romani & Saxonici dispositionem
 perlustrabimus.

VII.

Jus Romanum à legibus Romuli exordium capit, qui diver-
 sum jus in eà uxore, quæ usu habebatur, constituere ab eâ, quæ
 in manum viri convenerat: quæ conventio contingebat vel co-
 emptione, vel, post Numam, confarreatione, quâ de re vide Ulp.
 in fragm. ti. de his qui in manu sunt 9. & Goth. ibid. Gell. Lib. 18. N.
 A. c. 6. & Servium ad Virgil. L. 2. Georg. Boeth. ad Lib. 2. Topic. Cæ-
 cer. & Val. Förster. Lib. 9. de succession. c. 1.

IX.

HÆC, quis non secus ac filia, in manu, potestate ac familia
 mariti, & proinde, eidem sua heres erat. Gell. de c. 6. Ulpian. d.
 tit. 9. §. tit. qui hered. instit. poss. 22. §. sui heredes. 14. Cajus Lib. 3.
 Instit. tit. 6. relatus à Goth. in d. §. 14. §. d. tit. 9. in ipsius quoque
 defuncti bona succedebat heres, sicuti filia in parentis:
 ex asse quidem si is suæ liberis, ac intestatus decederet, quod
 si prolem haberet, ex æquo cum liberis Dionys. Halicarnass. Lib.
 2. Balduin. ad leg. Romuli 14. Val. Förster. d. Lib. 9. c. 2. n. 28. E di-
 versis maritus superstes bona uxoris, quantum vis liberis relictis,
 peculij jure occupabat. Pet. Fab. in l. quotiens. 91. ff. de R. I.

IX.

ILLA verò jus succedendi marito planè non habebat Cujac.
 ad tit. C. unde vir & uxor. Först. d. l. 2. n. 32. tum quod lege Ro-
 muli

multi comprehensa non erant; per legem autem tantum vel simi-
lem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per SCra, & con-
stitutiones principales. §. quos autem. 2. l. de honor. poss. tum
quod vir & uxor nec consanguinei sint nec affines, sed causa
tantum & principium ad finitatis dicantur l. non facile. 4. §. sed
quoniam 3. ubi gl. ff. de grad. quamvis nec alias ad finitatis jure
successio permittatur. l. ad finitatis. 7. C. commun. de success.

X.

Atque adeo quidem nullum hi conjuges succedendi jus habe-
bant, ut, quotiens omnis parentum liberorumve seu dropin-
quorum legitima vel naturalis successio deficeret, fisco excluso
conjuges succederet l. un. ubi Dd. C. unde vir & uxor. Hinc est
quod soluto matrimonio dos perfectitia ad patrem potantem,
suis in vivis, aut ad uxorem redit. l. dos a patre. 4. C. solut. matri-
mon. l. ult. C. communia utriusq. jud. l. jure. 6. ff. de Iur. dot. que
admodum contra donatio propter nuptias ad maritum, nisi
ex consuetudine vel pactis dotalibus aliud obtineat. c. fin. extr.
de donat. int. vir. & ux.

XI.

Prætor autem, qui semper æquitatem ante oculos habere so-
let. l. quod si Ephefi 4. §. 1. ff. de eo. quod cert. loc. quiq; jus prætori-
um adjuvandi vel supplendi vel corrigendi juris civilis gratis in-
troduxit. l. jus autem 7. §. 1. ff. de J. & l. pr. l. de bon. poss. motus
ijs rationibus, quas in th. 6. attingimus, jus hoc percipiendæ here-
ditatis angustissimis finibus per Leges Romuli constitutum, ex
bono & æquo dilatavit, & nullis extantibus liberis, parentibus-
vel cognatis per bonorum possessionem, Unde vir & uxor con-
jugem ad alterius conjugis hereditatem vocavit, fisco excluso
l. un. C. unde vir & ux Goth. ad Rubr. ff. eodem.

II.

Hanc prætoriam æquitatem Impp. Theodosius & Valenti-
nianus confirmarunt in l. un. C. unde vir & ux. & ad personas ec-
cliam Ecclesiasticas extenderunt in l. si quis presbyter. 20. C. d. E-
pisc. & Cler. quo tamen ipso Jus prætorium non in constitu-
tionem aliquam Principalem transmutarunt, aut ex successione ista

M 2

P 2

Prætoria Civilem effecerunt, sed legem tantum Papiam decemariam, quæ uxori ex marito, sine liberis & testamento decedentis, hereditate decimam saltem partem attribuebat, *vide Basilic. Lib. 45. tit. 5.* sustulerunt: id quod vel ex eo manifestum satis, quod Iustinianus, qui centum fere annis post dictos Imperatores regnare cepit, hanc ipsam bonorum possessionem inter successiones prætorias enumerat, inq; suo vigore conservat §. *sed eas. 4. v. aliam. vero Inst. de bonor. possess.*

XIII.

Neq; verò de lanà, quod ajunt, caprinà, sed magni momèri est hæc consideratio. Etenim quia Jus prætorium non sublatum, sed confirmatum potius diximus, conjux si ad conjugis successionem venire desiderat, adhuc hodie intra centum dies, à tempore quo se vocatum noverit, bonorum possessionem petere tenetur, nisi ad fiscum malit devolvi hereditatem. *d. §. sed eas. 4. v. cum igitur plures l. de bon. possess. l. 2. C. qui admittit ad bon. poss. l. 1. §. si intra. & §. si quis autem. ff. de success. edict. l. 3. ff. unde cognat. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. Val Fôrst. Lib. 9. de success. cap. 3. num. 2.* Cum alias si civilis effecta fuisset, nec longi quidem temporis id est 30. annorum præscriptione excludi possit, quò minus hereditatem rectè vindicet. *l. licet §. ubi Dd. C. de l. de lib. l. hereditatem. 4. ubi Cast. C. in quib. caus. cess. long. temp. prescript.*

XIV.

Atque hæc quidem obrinent, si non magna inter conjuges facultatum appareat diversitas. Cæterum si alter conjugem locuples, inops verò alter, jus quoddam peculiare, à Justiniano introductum, observandum venit. Etenim si vir locuples, usque ad tres habuerit filios sive ex uxore superflite indotata, sive ex priorè matrimonio, quartam partem ex substantia viri uxori concessit Justinianus. Si autem amplius fuerint filii: tum tantum in utroque simili et casu accipere jus sit mulierem, quantum uni competit filiorum: ita tamen, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat. dominium autem illis filijs seruetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex illo viro non habuerit, tum dominij etiam jure careret, quas ex viri facultati-

tatis cum liberis prioris matrimonij succedens constituta esse, habebit. *Novel. 117. cap. 5. Auth. praterea. C. unde vir & ux. Val. Forst. d. Lib. 9. cap. 4. Schneid. ad tit. Instit. de hered. que ab intest. Rubr. de success. inter vir. & ux. nu. 14. Matth. Coler. p. 1. decr. 61. n. 32. Ambr. Shurer. d. tit. l. i. tit. 1.*

XV.

Quod si non liberi, sed vel Ascendentes, vel Collaterales supersint, tunc illam portionem, de qua in *preced. ib.* dictum est, etiam Dominii atque sic pleno jure uxor consequitur *d. Novel. 117. cap. 5. v. Si vero talis mulier. d. Auth. praterea in. f. Quantitatem autem illius portionis pro numero personarum relictarum, æque ut in priore casu, definiunt Dd. ita, ut si tres vel pauciores sint Ascendentes vel Collaterales, quartam: si quatuor vel plures, virilem uxor consequatur, idque præter clara Justiniani verba, in *d. cap. 5. ib. Res quas ex viri facultatibus ad eam veni- ve per præsentem iussimus legem, requirit omnino correlativerum natura, quæ suadet, ut quod in descendentes dispositum simili modo in ascendentes dispositum censetur l. fin. C. de indiff. vid. toll. l. 1. C. de Cupress. ex luc. Dapbn. Nic. Everhard. in loc. à Correlativ. n. 3. 6. & 8. Val. Förster. d. Lib. 9. cap. 9. & 2. seqq. Lud Bolognin. in addit. ad Matth. Matthe sil. tract. de success. ab intest. art. 4. princ. num. 19.**

XVI.

In hanc autem portionem computabitur id, quod maritus, uxori inopi in testamento reliquit, sive institutionis sive legati titulo *d. Auth. praterea in f. C. unde vir & ux. Novel. 53. cap. 6. in pr. & s. fin. Val. Förster. d. Lib. 9. cap. 7. & 8. per tot. Matth. Berlich. p. 3. concl. 27. n. 50. quod tamen in illa tantum portione, quæ uxori pleno jure debetur, obtinere putat Matth. Berlich. *d. part. 3. concl. 26. n. 35. non in illa ubi ususfr. tantum consequitur, quod accedit liberis ex eodem matrimonio relictis, tunc enim legatum istud non in ususfr. suæ quartæ computare tenetur, sed potius illud pleno jure habere debet, idque ex *d. Auth. praterea in f. Novel. 53. cap. 6. § ult. & Nov. 117. cap. 5. in med. colligere est facile.***

XVII.

XVII.

Quis autem hoc in casu inops, quis locuples habeatur, neque constitutione illâ, neque juris auctorum quaestione decisum reperitur, cum sit magis facti quam juris arg. *l. mora. 32. in pr. ff. de usuris.* proinde iudicis arbitrio relinquendum erit. *l. i. §. 1. ff. de effrat. l. non possunt. 12. ff. de LL.* qui ponderatâ utriusq; conjugis conditione æstimabit, an mulier tantum habeat, unde se honestè exhibere possit necne, tùm enim in honorem transacti matrimonij, ne conjux superstes forte mendicare cogatur, quod præmortuo ignominiosum inopia conjugis per divitias salvanda est alterius *d. Nov. 53. c. 6. in f. pulchrè Val. Forst. d. Lib. 9. c. 4. n. 2. 3. 4. & 8. Schneid. d. loc. n. 16. & seq. Menoch. Lib. 2. cent. 1. arbit. jur. 99. cas. 65. n. 9. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. pag. mibi 254.*

XVIII.

Quæ de uxore hæctenus dicta sunt, eadem in marito obtinere verius est, communis namque iuper eis posita est hæc lex. *Nov. 53. c. 6. in pr.* nec vir & uxor ad imperia iudicari debent. *cap. quod autem. 32. q. 1. Schneid. d. n. 17. Mattha. fil. d. tr. artic. 4. n. 23. & ibi Lud. Bologn. nu. 25. Borch. de grad. Rubr. de success. conjug. pag. mibi. 35. quod per Nov. 117. c. 5. v. virum enim non mutavit Justinian. uti male censet Ranchin. de success. ab intest. §. 21. n. 6. Itæ enim vers. de eo viro loquitur, qui uxorem innocentem præter meritum expulit, quo in casu quartam, quam alias secundum *Nov. 53.* generaliter loquentem, habiturus fuisset, nullo modo accipere potest. Vide Hillig ad Donel. 9. comment. 1. lit. N.*

XIX.

Hæc de successione conjugum ex civili Romanorum iure: sequitur deinceps Juris nostri SAXONICI dispositio, ubi primo omnium ad pacta, si quæ extant, dotalia respiciendum est, proinde conjux superstes eâ quâtitate, quæ pactis comprehensa est, contentus esse debet *Nov. Elest. August. p. 3. const. 20.* ubi Dan. Moller. *Muth. Coler. decis. 61. n. 31.* adeo ut relicto pacto, id quod ex statuto vel consuetudine alicui debetur, eligi non possit, *Dan. Moller. d. const. 20. n. 1. & 10. ibidemque Reinh. Rosa in addit.*

addit: Matth. Berlich. p. 3. *const.* 27. n. 29. & *seqq.* qui n. 47. contendit, si in pactis ejusmodi certa quædam portio uxori assignata Berlich p. 3. *const.* 27. n. 29. & *seqq.* qui n. 47. contendit, si in pactis ejusmodi certa quædam portio uxori assignata sit, eam sine ullo bonorum suorum collationis onere ipsi dandam esse. An verò & quatenus valeant pacta dotalia Jure tam civili quàm Saxónico, & an possint mutari vel revocari post alios copiose tradit Matth. Berlich. p. 2. *concl. pract.* 51. *per tot.*

XX.

In horum defectum ad statuta & consuetudines, ubi maritus domicilium habuit, respicere jubet Augustus Elector d. *const.* 20. in *pr. arg. l. exigere. 65. ff. de judic. Schneid. d. Rubr. de success. int. vir. & ux. n. 2.* & quidem domicilium habitationis tempore mortis mariti attendendum esse: non tantum Juris cõmunis dispositio d. l. *exigere. 65.* sed ipsa etiam successiois præsentis natura postulat, quæ post mortem demum alteratrius cõjugis defertur. Vide Schneid. *de v. d. loco. n. 3.* & *seqq.* Matth. Berlich. d. *part. 3. concl. 26. n. 7. 8.*

XXI.

Hisce omnibus deficientibus locus deinceps est communi Juris Saxonicæ dispositioni, cujus vigore alia MARITI est successio, alia UXORI. Videamus primò de Mariti in bonis ab uxore præ mortuâ relictis successione.

XXII.

MARITUS NOBILIS sive PLEBEIUS uxori succedens consequitur Primò Dotem integram, sive numeratam sive promissam saltem & nondum solutam. Matth. Coler. *decis.* 221. Heig *Lib. 1. quest. 33. n. 91.* & *seqq.* Fachf. *diff.* 34. Reinhard. p. 1. *diff.* 35. etiam si dos in certum diem promissa sit, mulierque ante diem venientem decesserit. Dan. Moller. *part. 3. Const. Elect.* 19. n. 9. Heig. d. *quest. 33. num. 46.* & *seqq.* Rauchbar. *Lib. 1. quest. 31. num. 4.* Hartm. Pistor. *Lib. 3. quest. 7.* Immo licet dos in mortem constituentis collata sit, mulierque ante constituentem decedat. Hartm. Pistor. d. *Lib. 3. quest. 8. n. 47.* & *seqq.* & nobiliss. ipsius filius Simon Ullrich Pistor. in *addit. margin. d. q. 8. n. 1.* Heig. d. *quest. 23. num. 13.* & *seqq.* Berlich. *concl. 29. part. 3. n. 32.*

N.

XXIII

Nec refert in pecuniâ numeratâ consistat dos, an in aliis rebus, mobilibus tamen; immobilia enim in dotem data maritus non lucretur. *per text. Landtr. Lib. 1. artic. 1. ubi gl. lit. B. & Lib. 3. art. 76. & bigl. Lat. & germ. Wesenb. in paratt. ff. solut. matrim. n. 6. & in addit. ad Schneid. Rubr. de success. jur. Sax. in t. marit. & n. n. 32. lit. A. Dan. Mollier. in comment. ad const. Elect. p. 1. const. 28. num. 46. & part. 3. const. 21. num. 14. & 16. Reinhard. p. 1. diff. 35. & Zobel. part. 3. diff. 10. Frid. Pensold. in addit. ad Coler. decis. 286. n. 98 nisi æstimata sint ab initio, tunc enim emptio venditio celebrata videtur, ut preciam loco rei sit, l. 52. §. 1. ff. de act. empt. l. quotiens. 16. ff. de l. dor. l. quotiens. 5. C. cod. Menoch. Lib. 3. presump. 74. n. 2. & n. 24. Frid. Pensold. in addit. ad d. decis. 286. n. 282. qui n. 299. alias quinq; addit limitationes & ex eo Berlich. d. concl. 29. n. 65. & seqq.*

Deinde generaliter consequitur maritus omnia uxoris mobilia d. art. 31. & d. art. 76. Const. Elect. 22. p. 3. ibi. *Weil dem Mann ne / nach Sachsenrecht die Zöhrenuß gebürt. Ambr. Schurer. d. tr. tit. de special. in conjug. success. 16. Zobel. p. 3. diff. 9. & 10. Fachs. diff. 34. Schneid. d. loco. n. 26. etiam si in peregrinis provincijs, ubi jus Saxonicum usu non servatur, existant. Lud. Rom. in addit. ad diff. Fachs. 34. apud Zobel. p. 3. diff. 9. n. 3. Frid. Pensold. d. loco. n. 283. Matth. Berlich. p. 3. concl. 29. n. 101. modo non perpetui usus causa ad locum illum destinata sint. Henning Goedem. consil. 37. num. 4. & Matth. Berlich. d. loco. n. 102. qui plures allegat.*

Mobilium autem appellatione regulariter quidem veniunt ea, quæ naturâ suâ de loco in locum transferri possunt, etiam se moventia. l. 1. ff. de R. V. l. 3. §. Nerva ff. de acquir. poss. l. moventium. 93. de V. S. quæ tamen aliàs ab inanimatis mobilibus separantur l. 1. ff. de adil. edict. l. 4. C. famil. ercisc. l. pn. C. de l. dor. l. 2. & 3. C. de quadrien. prescrip. hic tamen nihilominus plurimâ naturâ suâ mobilia immobilibus annumerantur. Videamus ergo de his, quæ immobilia habentur: ita enim reliqua facillè intelligemus *arg. pr. Instit. de tuteb.*

XXVI.

In illorum censum primo loco ab Electore Augusto *part. 3. Const. 21.* refertur Pecunia hereditaria, *Erbgelt*/ quam heredes, coheredi è bonis hereditariis immobilibus pro sua portione distinctis terminis solvendam, debet. Dan. Moller, *ad Const. Elect. 28. n. 29. part. 1. & Lib. 1. semestr. c. 26.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 31. n. 1. & 7. cum seqq.* ubi quid differat à pecunia statim & distinctis temporibus solvendà, *auff Tagzeiten*/ declarat, quantum nimirum illius pecuniar, viva uxore peti non potuit, *Das unbetagte & Erbgelt*/ ut vocat *d. const. 21.* illa enim cujus dies vivente uxore venit, ad mobilia pertinet *per text. Landtr. Libr. 3. art. 76. inf. Matth. Coler. Decis. 286. n. 135. & 163. Schneid. d. loco n. 35.*

XXVII.

Secundò pertinent huc fors Annuorum redituum, *Jährlich Einkommen*/ & censuum annuorum sub pacto retrovenditionis emptorum; *Widerkauffliche Zinsen*/ sive in bonis immobilibus consistant, sive mobilibus. Sors, inquam & reditus, quorum dies vivente uxore non venit *unbetagte Renten und Zinse*/ qui immobilibus: reliqui mobilibus annumerantur. *Const. Elect. 24. part. 3.* ubi Dan. Moller. vide Berlich. *d. p. 3. concl. 34. per tot. Reinhard. p. 6. diff. 4.*

XXVIII.

Tertio ad immobilia pertinet partes metallice, *Bergschmelz und Kuckus*/ quanquam fructus earum, *Die Ausbeute*/ quorum dies vivente uxore venit, mobiles sine *d. part. 3. Const. Elect. 25.* ubi Dan. Moller. Matth. Berlich. *d. part. 3. concl. 35. per tot. Zobel. p. 3. diff. 10. n. 2. & seqq. Reinh. p. 6. diff. 7. Coler. d. Decis. 286. n. 153. & seqq.*

XXIX.

Quartò pretium retrovenditionis prædij post mortem uxoris redempto Petr. Gilken. *ad l. ea demum. 6. C. de collat. bon. n. 6. & seqq.* & post eum Matth. Berlich. *part. 3. concl. 30. qui à n. 27. plures adducit dubitandi rationes; & n. 31. cum seqq.* argumenta confirmantia prolixè deducit, tandemq; sententiam pro hæc optione in supremo Appellationum judicio, quod Dresdæ est, Anno 1614. latam adducit *sub n. 38. inf.*

N 2

Quia

Quinto lecti & suppellex ad publica diversoria destinata. *Petr. Heig. Lib. 2, quaest. 15, n. 24, & seqq. quemadmodum & aliàs destinita ad res immobiles, ut perq̄tuo ibi maneant, ut & adfira adibus pro in mobilibus habentur. l. Iulianus 13. §. fin. cum duab. ll. seqq. ff. de act. empr. Coler d. decis. n. 165.*

Sexto servitutes, gl. in 1. verb. intelliguntur. C. de usucap. trans. form. Borchold de feud. cap. 6. num. 17. Gail. lib. 2, observ. 11. in fin. Berlich. part. 3. concl. pract. 30. num. 23. quemadmodum & actiones ad res immobiles competentes gl. & Dd. in l. 1. C. si adv. transact. Gail. d. obs. 11. Borch. d. c. 6. n. 16. Dan. Moller. ad const. Elect. p. 3, const. 21, n. 9. & ibi Reinh. Rofa in addit.

Præter hæc & pauca similia, quæque ad præcedentis faciliè referri possunt, reliqua mobilia naturam suam retinent, cuiusmodi sunt: I. Pecunia. Nov. 22, cap. 45. v. si vero universa. Dan. Moller. Lib. 1. semestr. cap. 41, n. 6, etiam si ad comparationem prædiorum vel bonorum immobilium destinata sit. Matth. Coler. decis. 286, n. 41. Jason in l. carera. 40, §. sed si paravit. n. 21, ff. de legat. 1. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 30, n. 4, Reinh. Rofa in addit. ad Dan. Moller. part. 3, const. 23, n. 19.

II. Xenia nuptialia, seu donata in nuptiis sponso & sponsæ Hochzeit Geschenke/ Nov. Elect. Augusti part. 3, const. 22, ubi Dan. Moller. & Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 32, per totum. Consult. Const. Saxon. part. 1. quaest. 54, n. 2. quæ omnia marito debentur, exceptis iis, quæ ad geradam pertinent, & quorum usum custodiamque uxor, dum viveret, habuit. d. const. 22.

III. Nomina & pecunia sub usuris credita, Das aufgelsche- ne Geld/ indistinctè, sive purè debeat, sive indiem, sive solutionis dies venerit, sive non, Das Geld sey Mannhafftig vmb- betaget oder nicht. Nov. Elect. Augusti d. part. 3, const. 23, ubi Dan. Moller. Matth. Berlich. d. part. 3, concl. 33, n. 10.

XXXV.

IV. Pecunia transcripta, sive ad cambium collocata, aut wechselt geliehen/ propter generalitatem *d. const. 23*, Jac. Schultes in *addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 124. n. 44*. Matth. Berlich *d. part. 3. concl. 33. n. 13*, quamvis differentiat Frid. Pensold. in *addit. ad Matth. Coler. decis. 286. n. 279*.

XXXVI.

V. Jocalia, quæ maritus uxori ante nuptias contractas donavit, modo ad Geradam non pertinent. Matth. Berlich. *d. p. 3. concl. 29. n. 53*. Adde Dan. Moller. *ad const. 33. n. 8*. ubi tradit quis jocalia obligata, & nondum redempta post mortem alterutrius conjugis redimere teneatur, & ibi Reinh. Rosa in *addit.*

XXXVII.

VI. Pretium venditione, vel aurum argentum permutatio-
ne ex Gerada redactum. *Gl. Lat. ad text. Germ. Landtr. Lib. 1. art. 24. lit. Q. in f.* Dan. Moller. *Lib. 2. semestr. cac. 6. Coler. p. 1. decis. 12. n. 61*, Berlich. *d. concl. 29. n. 100. & d. concl. 30. n. 9*. An verò & quomodo Gerada in præjudicium proximæ cognatæ marito vel alii extraneo donari possit, explicat Nov. *Elect. August. p. 2. Const. 13. & 14*, ubi vide Dan. Moller. & Matth. Berlich. *part. 2. concl. præ-
dicab. 155. cum seqq.*

XXXIX

VII. Impensæ in res immobiles uxoris à marito factæ, tan-
quam mobilia marito restituenda sunt, habitæ tamen distinctio-
ne impensarum Necessariarum, Utilium & Voluptuariarum,
prout declarat Wesenb. in *parat. ff. de impens. in res dotal. per tot*
vide Frid. Pensold. in *addit. ad Matth. Coler. decis. 286. n. ult.*

XXXIX

VIII. Se moventia, ut animalia quæcunque, dummodo non
pertineant ad Geradam vel Sponsaliciam largitatem. Etiam da-
ta in socidam, id est pro annuo fructu & pensione elocata. Matth.
Coler. *d. decis. 286. n. 31*. Immo etiam si fundi instruendi gratia
comparata sint, ut equi, almi, boves arsterii. Matth. Coler. *d.
decis. 286. n. 151*.

XL.

IX. Navis *h. vim facit. 20. §. quod in mari sit. ff. quod vi aut clam*

N 3

h. i. §.

l. 8. *Und utiq. 6. junct. §. seq. ff. de vi & vi armat.* Et ad hujus exemplum Molendina inftar cymbarum super aquis natantia Schiffmühlten Berlich. *d. concl. 30. n. 12.*

XLI.

X. Molendina quoque pneumatica alata, Windmühlten. huc pertinent *l. Titius-horreum. 60 ff. de A. R. D. Borch. de feud. cap. 6. n. 12. Reinh. Rosa. in addit. ad Dan. Moller conf. Elect. 21. n. 36. Berlich. d. concl. 30. n. 13.*

XLII.

XI. Torcular seu pressorium, quo mediante mustum extorqueatur ab uvis & similia, que solo ita affixa non sunt, ut non facile de loco in locum portari possint. Matth. Coler. *d. decis. 286. n. 32.*

XLIII.

XII. In sylvis caeduis & lapidicinis quicquid caesum & à solo separatum est huc pertinet; nam quod solo coheret, pars fundi dicitur. *l. divorio. 7. §. si vir in fundo. 13. ff. solut. matrim.* Matth. Coler. *decis. 286. n. 192. §. p. 1. decis. 52. n. fin.*

XLIV.

XIII. Prædia vel alia bona immobilia ex pecunia dotali vel aliâ re mobili confecta, nomine uxoris empta & ipsi eorâ judice eradita. *So jhr Gertschlichen auff gelassen / und in Leben gegeben worden sein / arg. l. mulum interest 6. C. si quis alteri vel sibi sub alter. nom Dan. Moller. prolixè ad Const. Elect. 21. part. 3. n. 15. §. seqq. præsertim n. 32. Matth. Coler part. 1. decis. 57. n. 34. §. seqq. §. p. 2. decis. 286. n. 57. Matth. Berlich d. part. 3. concl. 29. n. 75. Sim vero proprio nomine maritus emat ista prædia, & per traditionem accipiat, ad uxorem tanquam alia mobilia pertinebunt, Dan. Moller. *d. n. 32. §. ib. Reinh. Rosa in addit.**

XLV.

XIV. Pretium ex venditione bonorum immobilium, uxoris redactum, Etsi enim regulariter maritus uxoris mobilia alienare nequeat si tamen requisita illa solennia que ex qua *Wittenbergensium ad Scabinos Lipsenses Anno 1573. consultatione scriptâ Frid. Pentold in addit. ad Coler. decis. 289. n. 209. adducit, cujus fragmentum ad eadem illarum decision sub. num. 5. ha-*

g. habetur, observentur, dubium est nullum. quin & firma sit
sua alienatio, & pretium ad maritum pertineat. Requisite au-
tem hæc sunt: I. Consensus utriusq; conjugis, tam mariti, quam
uxoris *Landtr. Lib. 1. art. 31. & 45. Coler. d. decis. 28. n. 55. II*
Auctoritas alterius Curatoris, uxor ad istum actum ordinati, ne
maritus propter spem successionis in rem suam auctor esse vide-
atur *contra §. ult. l. de auctor. tutor. l. 1. & l. 5. ff. cod. Welenb. in*
parati ff. d. fund. dotal. n. 7. Vide const. Elect. 16. part.
2. & ibi Dan. Moller, III. Auctoritas magistratus & IV. Causæ
cognitiæ, ad exemplum minorum l. minorum. 6. Et, e, C, de
pred. & al. reb; min. sine decret. quibus uxores in omnibus ferè
comparantur. Dan. Moller. 2. semestr. cap. 3. num. 1. Vid. Frid,
Penfold. d. n. 209. Dan. Moller. ad const. Elect. 21. p. 3. n. 33. Matth.
Berlich. d. concl. 29. n. 81. cum seqq.

XLVI.

XV. Fructus, qui cum non unius sint generis, non unum eti-
am de illis jus est, Sunt enim vel Industriales, vel Civiles, vel
Naturales.

INDUSTRIALES *Seldfrüchte* / qui ex agro sato, & castris su-
bactio proveniunt, pertinent ad maritum, & mortuo ante uxo-
rem marito ad ipsius heredes, *Was die Eigde bestriehet/ vnd*
unterbracht ist/ bey Leben des verstorbenen/ solches folget vnd
bleibet seinen Erben. Nov. Elect. Augusti part. 3. const. 32. & ibi
Dan. Moller. n. 3. Landtr. Lib. 2. art. 58. & Lib. 3. art. 76. Fachg.
diff. 37. Zobel. part. 3. aff. 26. & seq. Coler. d. decis. 286. n. 101.
Matth. Berlich. p. 3. concl. 43. & seqq.

XLVII.

CIVILES, *Zähende/ Pächte/ vnd Einkommen & Similla*, si al-
es illorum ante mortem uxoris, vel post mortem, quem, intra
tricesimum tamen, venerit ad maritum pertinent. *d. Const. E-*
lect. 32. §. Was aber keine Seldfrüchte. Landtr. Lib. 2. art. 58.
vers. Zins von Mühlen vnd Zöllen. & Lib. 3. p. 58. inf. Coler.
d. decis. 286. n. 120 & seqq. Matth. Berlich d. part. 3. concl. 44.
num. 3. & seqq. Immo etsi non ante mortem, nec intra tricesi-
imum, sed post mortem ipsius demum veniat, nihilominus fru-
ctus illius anni inter maritum & uxoris heredes pro rata tempo-
ris dividendi sunt. arg. Const. elect. 16. part. 3. Vide Dan. Mol-
ler.

ler. ad d. const. 32. num. 5. Frid. Benfeld. in addit. ad Matth. Coler. decis. 252. n. 17. late & eleganter Matth. Berlich. d. concl. 44. num. 9. & seqq.

XLIX.

NATURAZES separati & porcepti ad maritum pertinent, per ea quæ habet Reinhold Rosa in addit. ad Dan. Moller. d. const. 32. n. 6. v. sed & hoc monendum. Hartm Pistor. Lib. 1. part. 1. quest. 24. n. 38. & seqq. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 45. n. 4. Pendentes verò in Electoratu fundum sequuntur sicque, uxori acquiruntur per d. const. 32. §. die fruchte aber/so naturales genandt werden/ ibique Dan. Moller. n. 6. Extra Electoratum vero in terris Saxonia distinguitur, an uxor deeedat ante diem 5. Urbani, an post, ita ut priori casu omnes illi fructus ad uxoris heredes, posteriori ad maritum pertineant. Landtr. Lib. 2. art. 58. circa med. Hartm. Pisto. d. quest. 24. n. 58. Coler. part. 2. de process. exesut. cap. 3. n. 310. & 315. Frid. Benfeld. in addit. ad Coler. decis. 252. n. 20. qui ibidem declarat, quid juris sit de piscibus in piscinâ extantibus, cuius a de Reinhold Ros. in addit. ad Dan. Moller. d. const. 21. part. 3. inf. & ad d. const. 32. n. 8. Matth. Berlich. d. concl. 45. n. 19. & seqq.

XLIX.

XVI. Merces in domo vel in tabernâ propriâ sive conducta existentes h. mercis appellatio 66 ff. de V. S. l. ult. ff. de conduct. critic. Heig. part. 2. quest. 15. n. 10. Matth. Berlich. p. 2. concl. præticab 27. n. 18. ubi adfert præjudicia Scabinorum Wittebergenium & Lipsensium, & part. 3. concl. 21. n. 26. quanquam in domo vel tabernâ specialiter ad hoc extracta, præparata & privilegiata, merces ad perpetuam mercantiam actu ipso eo distincta, so auff ein Haus/ber ander unbeweglich Gut gewiedmet/ non immerito pro in nobilibus reputentur, Matth. Coler. d. decis. 286. n. 164 & seqq. Berlich. d. concl. 30. num. 22. qui n. 26. sententiam adfert ab Amplius facultate Juridica Wittebergeni, 26. Februar. Anno 1610, conceptam, hanc distinctionem manifestè comprobantem.

L.

Hæc & similia nobilis omnia, uti supra tb. 24. dictum, confirmat

quitur maritus, tribus tamen casibus exceptis: I Si quædam in his sint, quæ ad Geradam pertineant. Geradam enim sive Utenfilia proxima uxoris cognata, sive ex lineâ rectâ sive collaterali restituere tenetur, *Landfr. Lib. 1, art. 24. & 31, & Lib. 3, art. 38. & 76. Weichbild / art. 23. in f. Schneidevv. d. loco num. 31. Matth. Coler. d. decis. 386. n. 21.*

LI.

Et quidem regulariter totam, *Die velle Gerade/* non eam tantum, quam uxor ad maritum intulit, sed omnem iure successione occupat proxima cognata, etiamsi ex lineâ saltem collaterali sit *Landfr. Lib. 3, art. 38. gl. ad text. Lat. Lib. 1. Landfr. art. 20, verb. Sic etiam cognata. Ambros. Schurer. d. r. tit. de specialis conyug. success. 16 pag. mibi 300. Matth. Coler. decis. 60. n. 36. Andr. Goldbeck de success. Gerad. Rubr. de reb. quas uxor quasq. proxim. cognata &c. n. 21. & seqq.*

LII.

Regulariter dixi: Nam in aliquibus locis, ut Halz, Lipsia & Chemnitii, consuetudine sive statuto receptum est, ut proxima cognata ex lineâ collaterali imperfecta Gerada detur, vulgò *die Niffelgerade /* sub quâ veniunt; duæ vestes pretiosiores defunctæ mulieris, lectus ab optimo secundus, duo pulvinaria, duo lintes cum stragule sive lecti oportorio, & alia alibi *Gl. Lat. ad text. Germ. Landfr. Lib. 3, art. 38. lit. E. Ambros. Schurer. d. loc. Goldbeck d. Rubr. num. 26, Dan. Moller, ad Const. Elect. 38, part. 3, n. 11, & seqq. ib. Reinb. Rosa in addit.*

LIII.

Deinde inter Nobiles etiam exceptio à regula observanda est. Proxima enim uxoris nobilis cognata non omnes oves accipit, sed eam tantum, quæ uxoris demortuæ propria fuerunt, *Gl. Lehrecht c. 56. in verb. Lest aber die Frau s. Auff daß ihr nun eigentlich. ib. Hette aber der Mann selber Schaffe gezeuget / die nimt die Niffel nicht &c. Andr. Goldbeck d. Rubr. n. 29, & seqq.*

LIV.

Quæ verò ad plenam Geradam pertineant, tam inter Nobiles quam ignobiles Jure communi Saxonico & municipali

O

Mag-

Mag ieburgensium, declarat Roschitz in tr. Von der Gerade ibi-
dem Jac. Schultes, Art. 11, § 2, seqq. Vide Colerum p. 1, decis. 60,
n. 31, cum seqq. § n. 57, Hartm. Piitor. Lib. 1, quest. 31, § seqq. Ad-
de quæ dicentur, inf. b. 59.

LV.

Præstari autem debent omnes species ad Geradam perti-
nentes, quæcunq; in loco reperiantur. Schneid. d. loco n. 40, Dan.
Moller, in comment. ad const. Elect. part. 3, Conf. 38, n. 13, eleganter
And. Goldbeck d. Rub. n. 2, § seqq. modò in possessione & cus-
todia mulieris fuerint. Goldbeck d. loco n. 16. Quæ verò tempo-
re mortis non adsunt, tradi non oportet. Goldbeck d. loco n. 11.
Nam & Geradam in aliam rem mobilem ab uxore in præjudici-
um proximæ cognatæ mutari posse, supra ib. 37, dictum est. Ad-
de Jac. Schultes in tr. Roschitz. Von der Gerade / Art. 14, n. 29,
§ art. 15, in fin. & quæ ex his rebus oppignorata sunt, is redime-
re debet, qui petit Geradam. Landtr. Lib. 1, art. 24, Weichb. art.
23, Dan. Moller. Lib. 2, semestr. cap. 44, n. 3, Math. Berlich. p. 3,
concl. 38, num. 75, § seqq.

LVI.

In compensationem tamen hujus Geradæ proxima co-
gnata, honestatis & verecundiæ muliebris ergò Gl. fin. art. 38,
Lib. 3, Landtr. & Gl. Ehenrecht cap. 56, tenetur marito parare lo-
ctum, prout fuit vivente uxore, mensam, mappa, scamnum pul-
vinari & sedile cussino insternere. text. d. art. 38, & Weichb. art.
23, Ambros. Schürer. d. loco pag. 301, in. f. Andr. Goldbeck d. tr.
Rubr. de speciebus quas uxor Gerad. capiens & c. num. 14. idq; non
ex pessimis, nec optimis, sed mediæ bonitatis, arg. l. si quis argen-
tum C. de donat. Landtr. Lib. 1, art. 22, §. Darnach. Weichb. art. 25.

LVII

II, Si foecer genero in subdium paternam aliquid mobilium
dedit, zu einer Väterlichen hülfte / illud enim uxore mortuâ vel
focero restituendum, vel reliquis liberis conferendum. Matth.
Coler. decis. 62, num. 35, part. 1, Matth. Berlich. p. 3, concl. præf. 29,
num. 62.

LIX.

II. Si nulla præter mobilia exteat bona & liberi aliâ non
habent

habeant suam legitimam integrā, tunc ex illis mobilibus som-
plenda erit. *Gl. Lat. ad text. Germ Landtr. Lib. 1. art. 27. lit. E.*
Et gl. Lat. ad text. Lat. cod. Lib. art. 31. Et Gl. Lat. ad text. German.
Landtr. 13. art. 76. lit. B. Dan. Møler in comm. ad Const. Elect. part. 3.
Const. 22. num. 2. Seneidevv. d. loco n. 30. Matth. Berl. ch. d. part.
3. concl. 9. 20 quod iudem in garentum legitima locum habet.
Nov. Elect. Aug. part. 3. const. 12. §. Do aber dieselbe ubi Dan. Møller.
n. 1. Et seqq. Schneid. d. n. 30. Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 18. n. 28.

LIX.

Hactenus de successione Mariti; sequitur jam UXORIS suc-
cessio, quæ vel Nobilis est vel Ignobilis. NOBILIS consequi-
tur: I. Utensilia seu Geradam. Landtr. *Lib. 1. art. 24. Schneid.*
d. loc. n. 40. Ambros. Schurer. d. loc. pag. mihi 316. Et quidem
non imperfectam tantum Die Mittelgerade / sed plenam Die
volle Gerade / Math. Coller. decij. 60. n. 32. Berlich. part. 3. concl.
28. n. 49. qui ibidem nominatim recenset ea, quæ ad plenam Ge-
radam pertineant, & quid circa species controversas Juris pluri-
bus declarat a num. 4. usque ad num. 47. aliaq; circa Geradam
notatu digna, passim præsertim à num. 49. usq; ad num. 79. addu-
cit. Adde quæ dixi supr. tb. 54. De his vero Utensilibus nil ni-
hil lectum ad res expeditorias sive culcitram militarem. Den
Heerpfahl dare enetur uxor. Landtr. d. Lib. 1. art. 21. Reichsld
art. 25. Ambr. Schurer. d. loc. And. Golbeck. d. Subr. de speciib.
quas uxor Et. n. 1. Et 8.

LX.

II. Consequitur uxor nobilis Commestibila, *Muschell*
quæ sunt cibaria domestica (*Essende Speise*) quæ post diem tri-
cesimum à morte mariti supersunt Landtr. *Lib. 1. art. 24. Et Math*
diesem Georg Korschik. in tr. de dot. alitio. art. 18. Quæ commad
Commestibilia pertineant, recenset Math. Coller. decij. 60. n. 65.
Et seqq. Korschik. d. loc. art. 19. Et 20. Math. Berlich. part. 3. concl.
48. n. 19. Et seqq. Et quantum circa Hordeum, Lupulam & Sa-
racenium, Gersten / Hopffen / vnnnd heydelcorn / magna olim fu-
erit inter Scabinarum ambiguitas, illam tamen illustris. Elector
Augustus penitus sustulit. Nov. Const. 35. part. 3. ubi indistincte
hereditibus hæc adjudicari, sed quæ ad cibaria non pertinere statuit.
Quod tamen limitationem recipit in Hordeo saccharato & reser-
cato eorum dæce vixit parato, quod Pol. nã vocamus Malz.

Dan. Moller. *ad d. Const. 35. n. 2. Notschiz. d. art. 19. n. 2. Berlich. d. loc. n. 36.*

LXI.

Atque horum quidem commestibulum tempore mortis mariti in rebus vel penariis ipsius, ubicunq; locorum, etiam extra territoriam Saxoniam, sicut Landtr. *Lib. 1. art. 22. §. Nach diesem ib. in jeglichem Hoffe ihres Hannes/oder wo er sie hette in seinengewehren. Coler p. 1. decis. 60. n. 75. §. p. 1. de process. execut. c. 3. n. 270. §. seqq. Andr. Goldbeck d. Rubr. n. 2. §. seqq. §. n. 80. Matth. Berlich. d. loc. n. 12. §. d. p. 3. concl. 28. n. 95. & generaliter in omnibus ipsius prædiis, sive conductis. Goldbeck *d. loc. n. 9. si ve fidei & functioni ipsius commissis, Notschiz. de dot. alit. art. 20. n. 1. Berlich. d. loc. n. 14. repetitam, dimidiam partem, etiam si ad plures annos familiae alendae satis fuisset, tribuit Augustus Elector part. 3. Constit. 36. ubi vide Dan. Moller. & Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 49.**

LXII.

Requiritur tamen præcisè, ut tempore mortis mariti in rebus & penariis ipsius reperiantur nec sufficit ut intra tricesimum à die mortis inferantur, sed quod similiter clare constitutum ab Elect. Augusto *d. part. 3. const. 34.* quam Dan. Moller. etià de illo frumento, quod demessum & in fasciculos collectum, in agro tamen relictum, so in Mandeln gestanden/intraq; tricesimum in horea convectum exaudit *in comment. n. 2. à quo recedit Matth. Berlich. d. part. 3. concl. 47. n. 7. motus inter alia responsò Scabinorum Lipsensium anno 1603. Mense Augusto dato, cujus tenorem ibidem recenset.*

LXIII.

III. Consequitur Vxor Nobilis Dotalitium, Das Leibge-
dünge/ quod est donatio, quam facit maritus in compensatione
dotis, ad hoc, ut Vxor post mortem mariti ad vitam suam ea ut-
tatur fruatur. *Gl. Landtr. Lib. 1. art. 21. n. 2. Lehenr. cap. 31. num. 2. junctè
gl. Weichb. art. 22. n. 21. Notschiz. in tr. de dotalit. art. 1. n. 19. & ibi
Jac. Schultes.*

LXIV

Et quia potissimum in feudis hæc dotalitia constitui solent.

1088

Sante Lib. 1. art. 21. Dan. Moller. ad const. Elect. 42 part. 2. num. 13. idem
et requiritur plerumque consensus Domini & signatorum, præ-
sertim si modum legitimum in dotalitio constituendo excedere
velit maritus. *Gl. Lat. Lehenrecht cap. 31. lit. C. Schneid. d. loc. n. 43.*
in f. Dan. Moller. d. loc. n. 11. & ibi Reinhard. Rosa in addit. Matth. Ber-
lich. p. 2. concl. 50. n. 37. & seqq.

LXV.

Modus autem legitimus harum regionum consistit in usu
fructu sive usuris dotis duplicata, ita tamen ut præstentur usuræ
non quinque uncies illæ vulgares sed sextantes, de singulis nimirum
centenis decem, ad eum si uxoris dos sint mille, dotalitij fors sit
duo millia. *Dan. Moller. ad const. 42. n. 12. Matth. Coler. p. 1.*
decis. 60. n. 11. Berlich. d. loc. n. 47.

LXVI.

Et incipit Ususfr. iste à morte demum mariti *Gl. Landtr.*
Lib. 3. art. 25. & Lehenr. c. 57. Coler. d. loc. n. 14. dummodo Dos
verè etiam numerata sit. *Gl. Weichb. art. 22. n. 2. Dan. Moller.*
ad Constitut. Elect. 44. pag. 2. num. 4. & ibi Reinhard. Rosa Ber-
lich. d. concl. 50. num. 14. & seqq. Sin minute, mulieris post mor-
tem mariti electio est, malitæ dotem retinere, an una cum usu-
ris ejus solvere eandem heredibus, inque ejus vicem dotalitium
accipere, nam sine usuris offerendo nihil agit. *Dan. Moller, ad.*
d. const. 44. n. 13. & ibi Reinhard. Rosa in addit. Berlich, d. loc. n. 25.
& seqq.

LXVII.

Quin etiam licet numerata dos sit realiter, ad huc tamen do-
tem vel dotalitium eligere potest mortuo marito, idque hodie
clarâ constitutione Electorali receptum *p. 2. const. 44. ubi Dan.*
Moller. Vid. Matth. Berlich. d. p. 2. concl. 52. n. 2. & seqq.

LXIX.

Dotalitio verò constituto, dos illata penitus extinguitur,
& ad mariti heredes pertinet, adeo ut uxoris heredes post in or-
tem ipsius eandem repetere nequeant, idque *D. Augustus Ele,*
stor effecit p. 2. Const. 42. ibique Dan. Moller, n. 2. Berlich. d. p.
2. concl. 50.

LXIX.

IV. Consequitur Sponsalitiâ largitatem, Die Morgengabe/ quæ constitit in omni generis pecuniis foemellis, sâpi- bus & carpentariis adificijs Das Feldgânge/ Weibliche Viehe/ Zeune vnd Zimmer. Landtr. Lib. 1, art. 24, ubi, gl. De singulis speciebus huic pertinentibus, alijsque circa eas notatu dignis vide Matth. Coler. d. decis. 60, n. 58. Schneid. d. loc. n. 41. Korfchtz in cr. de dot. lit. art. 17. & ibi Jacob Schultes in addit. Matth. Berlich. part. 3, concl. 28, n. 80, & seqq.

LXX.

Pertinent huc ea, quæ sponsus sponsæ primâ vel altera nuptiarum die donavit vel promisit, catena aurea, vel aliud Clindium aut pecuniæ summa: talia enim Nobiles secunda nuptiarum die manere antequam ad prandium discubant, Sponsæ conjugali consuetudine noctis præcedentis donare vel promittere solent. gl. Landtr. Lib. 1, art. 20, n. 7, Jac. Schultes in addit. ad Korfchtz d. art. 17, n. 14. Schneid. d. loc. n. 41. Matth. Coler. d. decis. 60, n. 62. Berlich. d. concl. 28, n. 88. Qualis donatio aut promissio si facta non sit vivo marito, post mortem ipsius peti non potest, cum non ex dispositione Juris, uti sponsalitiâ largitas sed ex liberalitate donatoris descendat. Jac. Schultes d. loc. n. 85. Berlich. d. loc. n. 89.

LXXI.

Arque hæc quatuor Geradam nimirum, Commestibilia. Dotalitium & Morgengabam, tribuit Jus Saxonicum uxoribus Nobilitatibus singularis privilegij ergo: cui si renunciare velint, & partem hereditatis ex testamento mariti, vel statuto aut consuetudine sibi competentem huic præferre, vel contra, ipsis erit integrum: ita tamen ut unâ viâ electâ ad alteram non pateat regressus, nec utrumque consequantur, per Nov. Elect. Augusti p. 3, Const. 27, ubi Dan. Moller, Gl. Landtr. Lib. 1, art. 24, num. 4. v. Dis istt gesagt von den Frauen / Matth. Berlich. p. 3, concl. 50, n. 1. & seqq.

LXXII.

Et quia ex beneficio legis provincialis Saxonice harum rerum, iduis competit retentio, ideoque propriâ autoritate, e-
lapso

lapso à die defuncti trigesimo, eadem occupare poterunt; non tamen in seijs hereditibus; id enim si factum, sub Inventarij fide, de vel juris jurandi religione, quid & quantum perceperint; docere cogentur. Comestibilia verò etiam post trigesimum in seijs hereditibus acceptare non licet, sed è manibus eorum percipiunt; quæ omnia sapienter ita constituit Augustus Elector *d. part. 3. const. 32.* ubi. vide Dan. Moller. & Matth. Berlich. *d. part. 3. concl. 46. per tot.* Tantum de successione Uxoris Nobilis.

LXXII.

IGNOBILIS succedit marito vel cum liberis, vel sine liberis. Si cum liberis uno vel pluribus ex primo vel secundo matrimonio susceptis, in Electoratu quidem saxonie quadrantem omnium bonorum mobilium & immobilium, quæ deducto ære alieno supersunt, consequitur, vigore Constitutionis Electoralis *20. part. 3. §.* Wo aber diese Dinge ungetwiff/ ubi Dan. Moller. Schneidev. *d. loco. num. 47.* Matth. Berlich, *p. 3. concl. 27. n. 15 & 83.*

LXXIV.

Sin verò sine liberis succedit tridentem deducto similiter prius ære alieno, capit vidua; collatis tamen utroque casu bonis suis omnibus, tam quæ ad maritum attulit, quàm quæ constante matrimonio ex hereditatibus, vel aliunde acquisivit, unâ cum utensilibus *d. const. 20. §.* Lies aber der Verstorbene Mann seine Kinder Schneidev. *d. n. 47.* Beust, *p. 2. de iur. connubior. c. 27. inf.* Berlich. *d. n. 15, & 37. cum seqq.* excepto tamen mundo & vestibus suis *Gl. Landtr. lib. 1. art. 24. n. 4. v.* Solet verò hoc, Reinhold. Rosa *in addit. ad Dan. Moller. const. 20. n. 66.* Berlich. *d. loc. n. 42.*

LXXV.

In utroque autem hoc casu liberorum nimirum relictorum vel non relictorum, liberum est mulieri vel bonis suis illata repetere, vel si malit tertiam aut quartam bonorum, secundum ea que

que dicta sunt, accipere, d. *Const.* 20, §. *Tedo.* h. sol. der *Sturzen.*
ibique Dan. Moller. 2, 6, 2, §. *ego quidem.* An te, Gulib. d. *tr.*
Rubr. de primo ord. succed. n. 3, Matth. Berlich. d. *concl.* 27, n. 80, §.
seqq. & si eligat bona illata, dimidia e iam Xeniorum nuptiali-
um pars, aut si non extent, estimatio ejusdem, ex *Const. Electro-*
rati part. 3, const. 22. eidem restitucnda venit, Dan. Moller. *ad h.*
const. 22, n. 3. & ib. *Reinh. Rosa in f.*

LXXVI.

Extra Electoratum in terris Jure Saxonico utentibus succedit
mulier secundum *Auth. præterea C. de secund. nupt.* de quæ supr.
ib. 14, §. *seqq.* dictam quod tribus vel paucioribus existentibus
liberis viduæ quartam, sin quatuor vel plures, virilem portionem
(est *Rindestheil*) tribuat, præsupposito tamen quod dotem con-
gruam non habeat. Nam si habeat unde se exhibere possit, dote
suâ contenta esse jabetur. *Ulmptz jhr eingebracht gut wider Dan.*
Moller. ad d. const. Elect. 20, n. 62, Matth. Coler. p. 1. *decis.* 61, n. 32,
§. *seqq.* Sed etsi optimè dotata sit, maritus autem neque descen-
dentes neque ascendentes sed transversales tantùm relinquat,
nihilominus præter illata quartam adhuc consequitur. Matth.
Coler. d. decis. 61, n. 49. Matth. Berlich. d. *concl.* 27, n. 4, §. n. 14, qui
duas adducunt rationes.

LXXVII.


Novissimè sciendum est, in bonis feudaliibus nullam esse
inter conjuges successionem, neque Jure feudali communi. c.
x. an marit. succed. ux. i. Feud. 15, §. *cap. 1. de investitura quam Ti-*
tius. 2. F. 13. *Vult. r. Feud.* 9, n. 122. neque Saxonico. Matth. Berlich.
d. concl. 27, n. 35 nisi specialiter investiti sint. d. c. *1. an marit. succed.*
ux. c. 1. de invest. fact. marit. 2. F. 85. *Hautyfer. in analys. Jure feud. cap.*
6. in not. lit. Epag. mibi. 66.

FINIS.

X 2615909

V 17







Farbkarte #13

B.I.G.

M. A. REUSNERI J&I
rimini,
cessionis Le-

30 78.
4

QUARTA,
SSIONE
IGUM

1654 3

*in à Facultate Juridicâ in illustrâ
teberge*

DE
CHORIO,
J. V. D.
in ventilationi subjiçit

BECKER
Silesius
*reconsultorum
hor. matur.*

GÆ
anHaken